



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

13. Olympias virgo & vidua quàm sancta?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

petebat. Quia enim jam grandis natu erat, omnes illi suæ opes pollicebatur, & non quasi in uxorem, sed quasi in propriam filiam donationem volebat transfundere. Quin & Albinæ mater, tam clarum præsidium viduatæ domus ultra apetebat. Magna hæc erant illicia. Quid autem Marcella n. spondit? Si vellem nubere, inquietabat, & non aeterna me cuperet pudicitia dedicare, utique maritum quererem, non hereditatem. Sensit hunc ictum Cerealis, & obiecit: Posse & senes diu viuere, & inuenies citò mori: cui illa respondit: Inuenis quidem potestò mori, sed senex diu viuere non potest. Quocirca & vidua manxit, & Numini se totam mancipauit; vtrumq; experta, & coniugium, & cœlibatum, cœlibatum censuit nuptijs etiam opulentissimis præferendum.

## XIII.

S. Greg. l. 4.  
dial. c. 13.

Palladius in  
historia Lau-  
siaca c. 144.  
Cæsar. Baron.  
Anno 404.  
D. Chrysost.  
ep. 5.

Venire posset in exemplum etiam Galla Symmachii Ro-  
mani Consulis filia, quæ marito tradita, primo anno, eodem  
orbata, nec medicorum suasu, nec valetudinis metu adducipot-  
tuit, vt secundo marito despontaretur. Sed quia de hac, in li-  
bro de monstribus à me tractatur, hic taceo. Duas igitur alias,  
coronidis loco, heroïdes adduco, quarum prima est, quæ Ne-  
bridio Præfecto urbis Constantinopolitanæ nupsit Olympias,  
itidem coniuge suo, altero coniugij anno, è viuis sublato, ad  
alteras nuptias animum appellere nolens, quamvis pænè adhuc  
puella, sed quæ in coniugio virgo permanxit, eandem virginis-  
tatem censuit securius in viduitate, quam matrimonio posse  
illibatam conseruari. Quamobrem, cum Theodosius Impera-  
tor Elpidio cùdam sibi congeneri eam prorsus coniungere co-  
naretur, illa non solum non consensit, sed etiam Philosophica  
voce dixit: Imperator mens (Christus) si voluisset me vitam  
transigere cum viro quopiam, utique non ademisset mibi primum  
coniugem: nunc cum adimens matrimonij molestijs me extricauit, &  
suaue continentia ingum mihi imposuit, mentiq; mea infudit. Ita-  
que vidua matrona opulentissima, post mariti mortem, non  
solum totam se addixit ministerijs templi, & eleemosynis, sed  
etiam vitam supra sexum mirabilem egit. Liberalitas eius in-  
pauperes opibus par fuit, quæ maximæ extiterunt. Itaque ad  
omnis generis egentes, & in omnes se se terras extendit. Non

rum, inquit Palladius, non solitudo mansit expers largitionum huius inclita virginis. Sed & Ecclesijs suppeditanus ad donarii deputata sacrificio & monasterijs, & cœnobij, & xenotrophijs, & custodijs, & relegatis, & ut semel dicam, in omnem orbem terra dispersit elemosynas. Arque haec fuit illius liberalitas. De submissione, de charitate, deque animi & corporis puritate ista subiungit. *Hæc* beata processit usque ad extremum terminum humilitatis, ultra quem nihil posset inneniri amplius. Vita sine villa inani gloria, spes nequaquam ficta, benigni mores, facies non fucata, corpus florens, mens non gloriofa, animus ab arrogantia alienus, cor minimè turbulentum, somni expers vigilia, spiritus non curiosus, charitas immensa, qua comprehendendi non potest communicatio; vilis & contemta vestis, infinita continentia, recta cogitatio, in Deum spes aeterna, cum elemosyna, qua non potest narrari, ornamentum omnium humilium, cui multæ sunt accense tentationes, ex operatione eius, qui est sua sponte malus, & omnis boni expers, nempe demonis: qua pro veritate non parua adiit ceramina, qua & diu affatim vixit, in immensis lachrymis, omni humana natura subiecta propter Dominum: cum omni pietate sanctis subdita Episcopis, venerans presbyteratum, honorans clerum, reverens exercitationem, sufficiens virginitatem. Quod si misericordes misericordiam consequuntur, erat opena ferens viduitati, curam gerens orbitatis, protegens senectutem, egrotos insuisens, peccatorum miserens, errantes in viam deducens, in omnes utens misericordia; profuse autem in pauperes, multisq; infidelium in catechesi institutis uxoribus, etiam ad viatum eis ferens auxilium, semper memorabile nomen benignitatis reliquit per totam vitam. A seruitute in libertatem innumerabilium seruorum restituens examina, reddidit eos honore aquales sua nobilitati, vel positioni si verè dicere oportet, facti sunt hac sancta habitu nobiliores. Hæc porro tam opulenta vidua non pauperum modò, verum etiam paupertatis fuit amantissima. Neque enim eius indumentis innueniri potuit quidquam vilius: nam ipsi etiam qui sunt pannis valde obstiti indigna erant huius sancte tegumenta. Ornauit illam etiam patientia lachrymæque decoræ. Tanta eius erat mansuetudo, ut etiam longè superaret simplicitatem ipsorum puerorum. Nulla visus superatio unquam inuenita est apud hanc, qua Christum gestabat;

sed omnis eius vita non vitalis erat in compunctione & frequenti punctionio lachrymarum : & potius videre licebat fonte estate sua defluente, quam huius non sublimibus, & Christum semper videntibus oculis lachrymas desiccare. Et quid in his moror? quo enim magis meus versabitur animus in dura instar faxi anima narrantis centenibus & virtutibus, eò magis inuenientur verba à factis removentia. Nec me existimet aliquis hac splendide & magnificè colligere, de hac vel maximè impotibili, & perquirere reliquias totius Olympiadis, que fuit pretiosum vas S. Spiritus : sed qui his oculis viderimus huius beatæ vitam & Angelicam institutionem. Hæc ille, quibus alij maiora addunt, qui testantur, Olympiadem tam piam, tam sanctam virginem, coronidis loco, calumnias, bonorum spoliacionem, denique & exilium, & cum D. Chrysostomo quodam martyrij genus sustinuisse. Quòd enim D. Chrysostomo faueret, ab æmulis eius, quid non passa est? etiam hinclauda, vnde eam alij reprehenderunt.

## XIV.

Sap. 4. 8.

Ego non possum calamum cohibere, ne adiçiam epiphœnema ; partim ut feminæ huius virtutes admirer, partim ut easdem alijs quoque viduis proponam imitandas ; quod & ipse D. Chrysostomus fecit eximius eius laudator & consolator. Quænam enim vidua virtutis amans; quæ virgo, si in ea est misericordia pietatis, hæc talia legens, vel narrari audiens non mouetur? quæ stimulum non persentiscat? quæ non accendatur, ad sanctissimè huius heroinę virtutes æmulandas? feminæ sunt? fuit & hæc femina : virtus à nullo est sexu aliena. teneræ sunt? fuit & hæc tenera : nulla corporis imbecillitate excluditur fortitudo. Iuuenculæ sunt? fuit & hæc iuuacula: Senectus enim venerabilis est, non diuturna neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & atas senectutis vita immaculata. Opulentæ sunt? fuit & hæc opulenta. Opes non dantur ad luxum. Formosas sese esse putant? fortasse speculum eas fallit; hæc verè fuit formosissima, sed censuit formam optimam optimo Deo conseruandam; ut rarior, ita &

*Gratior est pulchro veniens in corpore virtus.*  
Atqui multæ sunt imbecilli corpore? Olympias magna illa opera, quæ recensui, pleraque præstitit morbis afflita, quæ illud